



Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo

Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo - Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Tonduti, Pierre François de

Lugduni, M.DC.LXXXIX.

Cap. CLXXXVIII. Cui competat jus conferendi beneficia à collatione Decani dependentia, si ipse suum Decanatum resignauerit, vel mandatum fecerit ad resignandum? ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98388](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98388)

Ecclesiæ ad Præpositum pertineret, dictique vicariatus illi subiecti, & ab eo dependentes.

- 23 Nec nocebat Præposito, quod aliquando in illis beneficiis factus fuisset concursus: quia per tales actus non potuit fieri præjudicium Domino Præposito, nec in petitorio, nec in possessorio: propter decretum irritans contentum in bulla summi Pontificis, quæ dat nominationem Præposito: quæ est Bulla, *Ad exequendum*, felic. recordat. Pii V. cuius meminit Gonzal. ad regul. 8. gloss. §. 3. num. 48. & sequentibus. ita determinavit Rot. apud Cavaler. decis. 593. num. 3. versic. neque visum: & decis. 599. n. 7. versic. nec obstat: & decis. 710. num. 6. p. 2. & dec. 16. num. 15. versic. cum non consistat de tali iure patronatus. part. 6. recent.

- 14 Et ex his indubitanter concludebam in favorem provisi ad præsentationem Præpositi. Verum quia audio in Rota Romana negotium disputari, & ibi moveri difficultatem: utrum Vicelegatus Avenionensis potuerit huic constitutioni Pii V. derogare; licet ego crediderim ipsum nec potuisse, nec voluisse derogare, cum hæc constitutio sit explicatio, & veluti pars Concilii Tridentini, cui ipse non derogat, nec unquam ab ipso derogatum vidi; & casu quo voluisset derogare, requirebatur specifica mentio & derogatio dictæ constitutionis, quæ est speciali nota digna, cum facta fuerit per viam legis: ut dicit Rota Tirasonen. Vicaria sancti Michaelis, coram Orano die 13. Octobris 595. in fine, versic. & dum dicebatur: & in eadem 4. Decembr. 1595. versic. & ad illud, quod regula: quæ duæ decisiones sunt apud Garc. de benefic. lib. 9. c. 2. n. 108. & 10. tamen nihil determino expectans sapientissimum ejusdem Rotæ iudicium: Censeo tamen Vicelegatum posse huic constitutioni derogare quoad beneficia Galliarum: cum hæc constitutio Pii V. in Gallia non sit recepta, nec observetur.

CAPVT CLXXXVIII.

Cui competat jus conferendi beneficia à collatione Decani dependentia, si ipse suum Decanatum resignaverit, vel mandatum fecerit ad resignandum. Ostenditur hac in re differentia inter resignationem puram, & conditionalem. Expresso uno vacationis modo, qui verus non sit, utrum provisio sustineatur per clausulam, & aliis quovis modo vacet. Litem motam per tertium non impedire quominus inter alios colligantes quilibet utatur jure suo. Beneficium quomodo impetrari possit ex defectu cantus requisiti à statuto.

S V M M A R I V M.

- 1 Resignatarius nullum jus habet, si resignanti jus non competat, & num. 10.
- 2 Qui pure resignavit, si resignatio fuerit admissa per Superiorem, non potest conferre beneficia dependentia à collatione beneficii resignati.
- 3 Quando resignatio non admittitur, beneficium non vacat.
- 4 Solum mandatum ad resignandum non nocet possessori beneficii, nec illum privat sua possessione.

Sanlegetti Tom. II. Pars I.

- 5 Resignans dicitur moriens civiliter in beneficio resignato: quod tamen locum non habet si solum mandatum fuerit factum, & non fuerit processum ulterius.
- 6 Mandatum faciens ad resignandum, potest licite percipere fructus sui beneficii.
- 7 Jus conferendi, quod beneficio annexum est, pertinet ad eum qui solum mandatum fecit ad resignandum, non sequuto effectu.
- 8 Resignatio conditionalis non impedit resignantem quominus utatur jure suo, donec resignatarius perfecte jus fuerit quesitum.
- 9 Regressus infirmo resignanti, & ad sanitatem redeunti non datur in Gallia, nisi in resignatione condicionali.
- 10 In mandato de providendo in forma Dignitatis, resignans remanet semper in possessione, donec resignatarius fuerit repertus idoneus.
- 11 Collatio facta ab eo, qui est in quasi possessione conferendi, aliis prevalere debet.
- 12 Expresso uno modo vacationis, qui non est verus, quid operetur clausula, & aliis quovis modo vacet: & quomodo hæc clausula intelligenda sit.
- 13 Sufficit impetranti quod modus vacationis expressus sit verus de facto, licet non sit verus de jure.
- 14 Lis quæ vertitur cum tertiis personis, non nocet colligantibus.
- 15 Quando ex statuto requiritur quod provisorius de Canonicatu sit peritus in cantu musico, si provisorius sit inhabilis ad canendum, ejus beneficium impetrari potest.
- 16 Habilitas provisi requiritur, si non tempore provisionis, saltem tempore examinationis.

Decanus cujusdam Ecclesiæ, qui in vim suæ Dignitatis jus conferendi Canonicatus sibi competere assererat, contulerat unum, qui vacabat per obitum Henrici ultimi possessoris defuncti die 27. Maii: sed tamen adversus provisorium à Decano, seu ejus resignatario, tertius quidam eundem Canonicatum in Legatione impetravit ob primi provisi inhabilitatem, nullitatem provisionum, & ejus resignatarii incapacitatem, & aliis quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persona vacet dictum beneficium.

In specie autem iste tertius impetrans jus suum fundabat ex eo, quod Decanus iste tempore obitus dicti ultimi possessoris, & collationis per ipsum factæ, jam resignaverat suum Decanatum mense Februario tunc antecedente, per quam resignationem amiserat possessionem sui Decanatus, & per consequens non habebat jus conferendi: ergo nulla existente provisione Decani ex defectu potestatis, corruerat collatio per Decanum primo loco facta, & per consequens corruerat etiam resignatio facta per dictum primum provisorium: Quia dictus resignatarius nullum jus habebat, si ipsi resignanti nullum jus competebar, Rot. decis. 189. n. 3. p. 5. recent. & decis. 120. n. 17. p. 4. recent. Corruerat etiam resignatio per ipsum facta, quia nemo dat quod non habet.

Secundo, opponebat jus conferendi non ad Decanum, sed ad Archidiaconum, ex illius Capituli fundatione pertinere.

Tertio, contendebat clausulas generales quovis modo, aut ex cujuscumque alterius persona vacet, non posse comprehendere (in favorem dicti resignatarii) vacationem per obitum Henrici.

Quarto, quia lite pendente inter primum provisorium, resignantem, & quendam Cornelium, etiam

N 2 de quo

démque Cornelio adjudicata per arrestum Curie recedentia, nullaque per dictum resignantem interposita appellatione, vel recurſu, videbatur resignationem illam in præjudicium dictæ litis ſubſiſtere non poſſe.

Vltimò allegabat incapacitatem cantus muſici dicti resignatarii, cujus tamen exercitium omnino erat requiſitum ex ſtatutis ejusdem Eccleſiæ.

- Ad primam difficultatem fuit reſponſum, iduos casus diſtinguendos eſſe: Primus eſt, quando agitur de pura & ſimplici resignatione, quam Superior admittit: & hoc caſu verum eſt, collatorem à jure conferendi cecidiſſe, quia per talem resignationem dicitur mortuus in illo beneficio, nec fructus illius percipere poſteſt, inter quos numeratur jus conferendi: & in his terminis procedunt dicta per Fabium in *Cod. lib. 1. tit. 2. de ſum. 54. verſic. n. m. & hoc caſu*, ꝑ quia ut ait Gomel. ad *regul. de infirm. quaſt. 29.* quando resignatio non admittitur, beneficium non vacat: *cap. quod in dubis, & cap. ad nono, de renunciat.* Licet quando renunciatio facta eſt manibus non Superioris, poſſit ipſe Superior illam irritare, & renunciante privare: ut probat *Parif. de reſignat. lib. 7. quaſt. 1. n. 5. & ſequentib.* qui omnino videndus eſt circa illam quaſtionem nullitatis resignationis à Superiori non admitti. Atque ita deciſum fuiſſe in Senatu Tolofano reſtatut. *Maynard. lib. 1. cap. 62.* ejusdemque ſententiæ fuit Chenu in *addit. ad Papon. lib. 3. tit. 6. des Vacations, arrest. 3. verſic. note & auſſi*, & ego probavi in *quaſt. benefic. part. 2. c. 3. §. 7. n. 9.* poſt *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 127. n. 34. & c. 159. n. 24. & 25.* Anton. de Marin. *quotidianar. reſol. cap. 103. num. 7.*

- Hoc autem multo fortius procedit, ſi dictus Decanus ſolum fecit mandatum ad resignandum, quod non fuit Superiori præſentatum, nec executioni demandatum: hoc enim caſu ante præſentationem, & effectuationem mandati, nullum jus fuit abdicatum à volente resignare: ꝑ Vnde quamvis resignans poſt resignationem cenſetur mortuus civiliter in beneficio resignato, *capite ſuſceptum & ibi Gloſſ. in verbo, non morte, de reſcript. in 6. Parif. de reſignat. lib. 1. quaſt. 5. num. 4.* tamen mors illa civilis conſiderari non poſteſt, quando resignatio conſiſtit in ſolo mandato ad resignandum, nec ulterius progreditur quia procurator non fuit uſus mandato, nec conſenſum præſtitit: tunc enim adhuc remanet in ſuo beneficio, qui tale mandatum fecit; nec dicitur mortuus in illo. *Parif. dicta quaſt. 5. numero 23. & 24.* Et ideo resignans ante mandatum effectuatum licet beneficii ſui fructus percipit. *Geminian. in cap. 2. numero 10. verſic. quid ſi, de renunciat. in 6. Parif. de reſignat. lib. 1. quaſt. 6. num. 78.* Rebuff. *conf. 22. num. 29.* ꝑ Inter ceteros autem beneficii fructus numeratur jus conferendi quod beneficio annexum eſt: *Rebuff. in praxi, tit. de ſimonia in reſignat. num. 27. & in tractat. de nominat. quaſt. 14. num. 157.* *Parif. dicto lib. 1. quaſt. 7. n. 15. & ſequentibus*, *Rot. apud Garc. de benefic. part. 5. cap. 1. num. 146. verſic. amiſſa itaque poſſeſſione*; per *Gloſſ. in cap. cum olim, & ibi DD. de majorit. & obedientia*, & alia jura ibidem allegata.

- Secundus caſus eſt, quando agitur de resignatione conditionali, veluti de ea quæ facta eſt in favorem certæ perſonæ, maximè cum clauſula, & non aliàs, &c. & hoc caſu non abdicatur jus à resignante, donec conditio fuerit adimpleta, & jus resignatio perfectè quaſitum, ut diximus loco mox cita-

to, poſt *Gratian. & Anton. de Marin. & deciſit Rot. deciſ. 73. num. 9. part. 3. recent.*

Et ideo, quamvis in Gallia resignans ſemper infirmitatis, ſi ad ſanitatem redeat, habeat reſcriptum ad beneficium resignatum; hoc debet intelligi, ut locum habeat in resignatione conditionali facta in favorem certi resignatarii; ſi enim facta eſſet pura & ſimplex resignatio, quamvis in infirmitate, non daretur ille ingreſſus ad beneficium ſi ſimpliciter & purè resignatum ut probat *Lozan. ad regul. de infirm. reſignat. num. 90.*

Cæterum ſi agitur de provisione facta resignatario, cum mandato de providendo in forma *Dignum*, præſatus Decanus non abdicavit à ſe jus donec proviſio ſortita fuerit effectum, & resignatario facta fuerit collatio vigore mandati de providendo, utpote quod fuerit reſcriptus & declaratus idoneus, quia resignatario ſolum fuit jus ad rem quaſitum, non autem jus in re: juxta per nos dicta ſuperius *parte 2. cap. 4. §. 2. num. 9. & ſequentibus*, *Barboſa de clauſul. capit. 66. numero 1. & 2.* Idem interim donec resignatarius Decani fuerit reſcriptus idoneus, & collatio illi facta non abdicavit à ſe Decanus jus conferendi: *Rot. deciſ. 92. num. 14. part. 4. recent.*

Concluditur ergo, quod ſi resignatio Decani ſortita eſt admittiſſa per Superiorem, & collatio facta resignatario ejusdem Decani, antequam ipſe beneficium de quo agitur contuliſſet primo proviſo iſtiſ nulla eſt, tanquam facta ab eo, quia non habebat jus conferendi: ꝑ & hoc caſu iſte primus proviſus resignare non potuit, cum nullum jus haberet in illo beneficio: *Parif. lib. 2. quaſt. 1. n. 7.*

Ad ſecundam quaſtionem paucis notandum, attendendum eſſe, utrum Decanus, an vel diaconus ſit in quaſi poſſeſſione conferendi. Quia collatio facta ab eo qui eſt in illa quaſi poſſeſſione, prævalere debet pro illa vice collationis facta ab eo qui non habet poſſeſſionem, quamvis melius jus foveret in proprietate: *Lotter. de n. benef. lib. 1. quaſt. 34. num. 26. & ſequent.* *Addit. ad L. dovif. deciſ. 77. num. 12.*

Ad Tertiam dico, Regulam quidem generalem eſſe, quod expreſſo uno vacationis modo, non tenet alius, *cap. ſuſceptum, & ibi Gloſſ. & DD. de reſcript. in 6. Burat. deciſ. 162. num. 3.* ſed tamen evitanda dubia apponi ſoler clauſula, aliaſque modo, aut etiam, ex alterius cujuſcumque poſſeſſione, quæ facit valere impetrationem, etiamſi non ſit expreſſus verus vacationis modus; quamvis vacatio contigerit ex perſona alterius quam resignantis: *Rot. deciſ. 605. numero 8. & 9. part. 3. recent.* *Cod. Fabrian. lib. 1. tit. 2. de ſum. 1. & ſic præſcripte concludit Garc. de benefic. part. 1. cap. 1. numero 34. ꝑ Sufficit enim impetranti ex cauſa resignationis, quod modus vacationis expreſſus ſit verus de facto, licet non eſſet verus de jure, ſcilicet quod primus per Decanum proviſus resignaverit, quamvis jus non haberet in beneficio resignato, & ſic vacatio expreſſa eſſet de facto vera: tunc enim clauſula prædictæ operatur quoad alium modum vacationis expreſſum per illas generaliter, per modum alterius vacationis, aut aliàs, &c. *Garc. dicto capite 1. numero 69. & 69.**

Ad quartam reſponderetur, quod non obſtante recedentia adjudicata alteri cuidam tertio, ad credentiam adjudicata alteri cuidam tertio, non poſſus primum proviſum, ejus resignatarius non poſſe teſt impediri per iſtum impetrantem; quia cum iſte tertius non ſit modò in lite, & non obſtante recedentia

recedentia, primus ille provifus tempore refignationis poffideret, fuit verum de facto quod refignatio erat vera, licet forfan de iure fultineri non potuiffet: ex notatis per Pat. decif. 390. alias 400. lib. 1. Gonz. de benef. diff. a part. 1. cap. 1. n. 36. l'arif. de refignat. lib. 10. quæft. 3. n. 11. & 12.

- Ad quintam refponfo eft in promptu, quia cum provifio non haberet qualitates requifitas ex fundatione, per quam ifte Canonicatus non potuit conferri illi, qui non effet idoneus in cantu mufico, cuius fupponebatur iftum provifum, contra quem facta fuit impetratio, non folum non effe habilem, fed etiam omnino incapacem; fequitur rectè ab alio capaci hunc canonicatum impetrari potuiffe; cum agatur de qualitate requifita non ad utilitatem perfonæ, fed ad utilitatem Ecclefie: Garc. de benef. part. 7. cap. 15. num. 10. Et nominatim de beneficio affecto Cantoribus, quod non valeat facta collatio illi, qui non eft capax in cantu, determinat Chopin. de fac. polu. lib. 1. tit. 3. num. 3. ubi ita decifum in Gallia teftatur: quamvis provifus fuiffet per fummum Pontificem à lege fundationis difpenfatus, quem refert & fequitur D. Paftor I. C. Aquenf. in fuo tractat. de benef. part. 3. tit. 30. num. 6. † Quæ capacitas debet intervenire, fi non tempore provifionis, faltem tempore examinis. Moden. de fylo datar. c. 6. n. 18. in fine, verfic. qualiter verò.

CAPVT CLXXXIX.

Explicantur varix quæftiones circa Regulam de iure quæfiro non tollendo. Quid fit ius ad rem, quid verò ius in re, & quomodo inter fe differant Iuri ad rem derogari non poffe, fi de eo fpecialis mentio non fiat in refcripto. Ius ad rem acquiri per electionem, non autem per poffulationem. Acquiri etiam per præfentationem patroni, etiam Ecclefiaftici, exceptis certis cafibus. De Canonico ad effectum, & utrum illi acquiratur ius ad rem, vel in re. Nominatis ab univerfitatibus acquiri ius ad rem, & per collationem abfenti factam nondum acceptatam: & pluribus aliis modis. Et utrum per adeptionem iuris ad rem beneficii incompatible vacare cenfeatur.

SUMMARIUM.

- 1 Ius ad rem, & ius in re, quid fint? & quomodo inter fe differant.
- 2 Ius ad rem facilius amittitur, illique facilius derogatur quàm iuri in re.
- 3 Non cenfetur derogatum iuri ad rem per pofferiori concessione, nifi de eo fiat expreffa mentio.
- 4 Per privilegium exemptionis à decimis non fit præiudicium Parocho quoad novalia.
- 5 Ius ad rem acquiratur per electionem etiam non acceptatam.
- 6 Beneficium ad quod quis fuit electus, non vacat per obitum electi, fed vacat ut prius, fi non fuerit fubfecuta confirmatio.

Sanlegerii Tom. II. Pars I.

- 7 Ius ad rem non acquiratur per poffulationem. Et quid fit poffulatio.
- 8 Ius ad rem acquiratur per præfentationem patroni, tam laici, quàm Ecclefiaftici.
- 9 Ius quæfiro ex præfentatione patroni Ecclefiaftici, eft potentius iure quæfiro per præfentationem laici.
- 10 Ampliatur etiam fi præfentatio non fuerit admiffa ab eo qui conftituere poteft.
- 11 Intellige quando præfentatio eft talis, ut per eam præfentatus veniat omnino inflituendus, veluti fi quis habeat maiorem partem vocum, vel vocem unius patroni qui alium non præfentaverit.
- 12 Canonicus ad effectum quis dicatur, & quomodo conftituatur.
- 13 Si ad fit statutum requirens promotum ad Dignitatem Capituli debere prius effe Canonicum, Papa depurare poteft Canonicum ad effectum, licet probari poffit ad effe confuetudinem in contrarium.
- 14 Canonicus ad effectum non habet ius ad rem, nec in re.
- 15 Si quis impetret Dignitatem in Ecclefia, non tenetur facere mentionem quod in ea deputatus quis fuerit Canonicus fectus ad hunc effectum.
- 16 Canonicatus ad effectum non dicitur vacare, fed potius definere.
- 17 Nominati Univerfitatum in Gallia habent ius ad rem in beneficio, ad quod fuerunt nominati.
- 18 Nominatis Univerfitatum non competit ius ad rem, nifi poft factam infinnationem fua nominationis.
- 19 Ius ad rem competit abfenti, cui facta fuit collatio beneficii, fi illud nondum accepit.
- 20 Ius ad rem variis modis acquiratur, ac quibus remiffivè, & num. 23.
- 21 Ius ad rem acquiratur per optionem, per refervationem factam à Papa in favorem certa perfonæ, per regreffum ob non folutionem penfionis, & per accelfum, & regreffum ad beneficium. Et quid fit accelfus & regreffus, remiffivè.
- 22 Per mandatum de providendo acquiratur ius ad rem antequam mandati executio facta fuerit.
- 23 Iuri ad rem cenfetur renunciatum per adeptionem alterius beneficii incompatible, etiam fi non fit Curatum, Dignitas, vel Perfonatus.
- 24 Per adeptionem iuris ad rem in aliquo beneficio, non vacat ius in re alicui competens fuper alio beneficio prius obvento, nifi poft adeptam pacificam poffeffionem fecundi.

Quia varix sæpius occurrunt in praxi difficultates circa Regulam Cancellariæ de iure quæfiro non tollenda, circa claufulam quæ in refcriptis beneficialibus apponi folet, dummodo alteri ius non fit quæfiro. Ideo præcipuas circa materiam illius Regulæ obfervationes adducere, operæ pretium effe exiftimavi.

In primis itaque fupponendum eft, magnam effe differentiam inter ius ad rem, & ius in re: fi quidem ius ad rem continet fpem probabilem ad beneficium ex caufa de præterito, & dicitur ius confiderabile: Menoch. conf. 36. num. 23. & ius ad rem dicitur ius nondum confolidatum: ius autem in re dicitur quando eft quæfiro, & confolidatum. Gemin. conf. 107. in fine, verfic. nec obftat, & poft eum